5. Das Amt des Procurator fisci.

Capitula aus der Zeit Karls I. (etwa 1272–1280).[a]

P = Paris, Bibliothèque Nationale, Ancien fonds latin 4625 A fol. 12b–13a.

V = Rom, Vatikanisches Archiv, Arm. XXXV n. 137 fol. 83ab.

Vgl. oben S. 28 Amtsbuch Ziff. 49.

Officium procuratorum fisci regii.

In primis statuimus et ordinamus vos procuratores fisci nostri usque ad beneplacitum maiestatis nostre; in omnibus videlicet causis tam movendis pro parte nostre curie quam pro quibuscumque[1] personis; ipse[2] eritis procuratores dicti fisci nostri et in agendo et[3] deffendendo fiscum eundem.

Habeatis tamen consilium Thomasii de Porta militis et magistri Andree de Capua militis[4] advocatorum curie nostre et patrocinium super omnibus causis predicti fisci nostri tam per vos movendis pro parte curie nostre quam motis etiam contra vos[5] per quascumque personas. Quecumque autem denunciationes pro parte curie nostre dabuntur contra personas aliquas detinentes res et bona ad fiscum nostrum spectancia, secundum consuetudines regni, promovebitis denunciationes easdem vel per modum inquisitionis aut ius ordinarium celerius quam poteritis bono modo iuxta predictorum advocatorum consilium et industriam ad finem debitum producetis.

Item in omnibus predictis causis, tam movendis per vos pro parte curie nostre contra quascumque personas quam etiam, que movebuntur contra eandem curiam a quibuscumque personis, seu denunciationibus, magistros rationales magne curie requirere debeatis, ut vos instruant de predictis, quatenus possint instruere per quaternos seu cartularios curie nostre, quos habent, seu per alias consuetudines seu usus regni tam in actionibus quam in defensionibus[6]; predictam autem requisitionem seu consultationem faciatis[7] cum[8] magistris rationalibus supradictis ante litis[9] ingressum.

In causis autem motis dudum seu inchoatis[10] sive pro curia sive contra curiam nostram simili modo requiratis et consultetis prefatos[11] magistros rationales, ut vos instruant pro curia nostra super qui-

1) quibusque P. 2) inde P. 3) fehlt V. 4) fehlt P. 5) ~~vos V.~~ nos P. 6) deffentionibus P.
7) facias V. 8) fehlt V. 9) littis P. 10) incohatis P. 11) fehlt P.

a) Über die Datierung vgl. oben S. 28 Anm. 95.